

¹⁾ *Similiter auctoritate hujus Apostolici privilegii adjunctus est huic legationi ANSKARIUS Episcopus cum sociis suis, confirmatione Eugenii sequentis Papæ; quos succedens & Gregorius præsul eadem roboratione* ²⁾ *ausit, & Simonem Archiepiscopum cum ANSKARIO pontificali pallio pariter decoratos, in Archiepiscopali dignitate* ³⁾ *si non temporaliter opulenti, spiritualiter tamen roborati, verbum Domini gentibus porrigentes, decus divinum in ipsis viget* ⁴⁾ *(sublimi usque) corruscaret in omnibus.*

2.

År 834.

Aachen.

Kejsar LUDVIGS stiftelsebref på Hamburgs Ärke-Biskopssäte, och förordnande för ANSGARIUS att vara Ärke-Biskop öfver alla länder, som ligga norr om Elben, jemte uppdrag till honom att draga försorg om Nordiska hedningarnes omvändelse.

K. 26. *).

In nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. HLUDOVICUS divina favente & propitiante Clementia Imperator Augustus. Si specialibus cujusque fidelium nostrorum necessitatibus perspectis ¹⁾ subveniendum esse Imperialis auctoritas monstrat, quantum magis ad debitam generalitatis ²⁾ providentiam æquum dignumque pertinet. Ut & Ecclesiæ Catholicæ atque Apostolicæ, quam Christus suo pretioso sanguine redemit, eamque nobis regendam tuendamque ³⁾ commisit, piam ac sollicitam in cunctis ⁴⁾ oportet gerere curam, & ut in ejus propectu ⁵⁾ & exaltatione congruam exhibeamus diligentiam ⁶⁾ novis ad ejus necessitatem vel utilitatem atque dignitatem pertinentibus rebus, nova imo ⁷⁾ necessaria & utilia provideamus constituta. Idcirco sanctæ Dei Ecclesiæ filiis præsentibus & futuris certum esse volumus qualiter divina ordinante gratia, nostris in diebus, Aquilonaribus in partibus, in gentibus videlicet Danorum, Sueonum **) magnum cœlestis gratiæ prædicationis sive acquisitionis patefecit atrium, ita ut mustitudo hinc inde ad Christum conversa, mysteria cœlestia, Ecclesiasticaque subsidia desiderabiliter expeteret. Unde Domino Deo nostro laudes immensas persolventes extollimus, qui nostris temporibus ac studiis, sanctam Ecclesiam, sponsam videlicet suam, in locis ignotis siuit dilatari atque proficere. Quamobrem una cum Sacerdotibus cœterisque Imperii nostri fidelibus hanc Deo dignam cernentes causam

1) Hæc & superiora illa, literis Papalibus præmissa ut in MSto, Diplomati adsuta leguntur, sic exhibere etiam hic una volui. 2) Forte *fulsit* legendum. 3) Deest *constituit, ut,* vel simile. 4) Forte *sublimiter, atque.*

*) *Jemf. K. 1: 179. Följ. N:o 3—15 äro hemtade utur K. 31—290.*

1) *Alii prospectus.* 2) *generalis.* 3) *tuendam regendamque.* 4) *Deest, habet tamen STEPH. BALUZIVS Cap. Reg. Franc. T. I. p. 681.* 5) *prospectu.* 6) *At. deest.* 7) *inimo.*

**) *Exempla Bremensis Archivi heic interpolant: Norveorum, terræ (Farrizæ, aliis:) Gronlandon, Hallingalandon, Islandon, Scridevindon & omnium Septentrionalium et Orientalium Nationum.*

valde necessariam, atque futuræ Ecclesiæ dignitati proficuum dignum esse duximus, ut locum aptum nostris in finibus evidentius eligeremus, ubi sedem Archiepiscopalem ⁸⁾ per hoc nostræ auctoritatis præceptum statueremus. Unde omnes illæ barbaræ nationes æternæ vitæ pabulum ⁹⁾ uberiusque capere valerent, & sitiennes salutis gratia ¹⁰⁾ præ manibus oculisque haberent. Insuper etiam & magnorum Progenitorum nostrorum sacra lucrandi ¹¹⁾ studio nostris in diebus nunquam deficerent. Genitor ¹²⁾ etenim noster gloriosæ memoriæ Karulus omnem Saxoniam Ecclesiasticæ religioni subdidit, jugumque Christi ad usque terminos Danorum atque Slavorum corda ferocia ferro perdomans docuit, ubi inter has utrasque gentes Danorum ¹³⁾ videlicet sive Wandalarum ultimam Saxonie partem sitam, & diversis periculis, temporalibus videlicet ac spiritualibus interjacentem perspicuens, pontificalem ibidem sedem fieri decrevit trans Albiam. Unde postquam terram Nordalbingorum ¹⁴⁾ laxata captivitate, quam ob multam perfidiam in ipsis Christianitatis initiis patratam per septennium passi sunt, ne locus ille a barbaris invaderetur Ecberto ¹⁵⁾ Comiti restituere præceperat, non jam vicinis Episcopis locum illum ¹⁶⁾ committere voluit. Sed ne quisquam eorum hanc sibi deinceps Parochiam vindicaret, ex remotis Gallie partibus, quendam Episcopum, Amalarium nomine, direxit, qui primitivam ibidem Ecclesiam consecraret. Sed ei eidem Ecclesiæ sacras reliquias, ac plura Ecclesiastica munera pia largitate specialiter destinare curavit. Postmodum vero captivis ad optatam patriam undique confluentibus, eandem parochiam cuidam presbytero Heridac ¹⁷⁾ nomine specialiter commendavit, quem universæ Nordalbingorum ¹⁸⁾ Ecclesiæ, ne ad ritum relaberetur ¹⁹⁾ gentilium, vel ²⁰⁾ quia locus ille lucrandis adhuc gentibus videbatur aptissimus disposuerat ²¹⁾ consecrari Archiepiscopum, ut ipsi ²²⁾ occasione vel autoritate summa, in ipsis terminis gentium sedulitate ²³⁾ prædicandi, sancta multiplicaretur Ecclesia ²⁴⁾ dum vicinorum ipsius novitatis Episcoporum multa latitudinis cura non sufficiebat discurrere per omnia. Delegavit etiam eidem presbytero quandam cellam Hrodnae ²⁵⁾ vocatam, quatenus eidem loco periculis undique ²⁶⁾ circumdato fieret supplementum. Sed quia consecrationem jam dicti viri, velox ex hac luce transitus pii genitoris in diebus ejus fieri ²⁷⁾ perhibuit, ego autem quem divina ²⁸⁾ clementia in sedem regni ejus asciverat, cum in diversis regni negotiis insisterem hoc quoque prædictum ²⁹⁾ patris mei studium, velut regni in

8) Episcopalem. 9—10) *desunt in aliis.* 10) gratiam. 11) laudandi. 12) progenitor. 13) sive Winedorum. 14) Transalbianorum. 15) Ekeberto, Exeleberto, Ecteberto, Ecteleberto. 16) *desunt* locum illum *alias.* 17) Heride. 18) Transalbianorum. 19) relaberentur. 20) *deest varticula* vel. 21) disposueram. 22) ipse. 23) sedulitatem. 24) sanctam multiplicaret Ecclesiam. 25) Rodenach. 26) *deest* undique. 27) *desunt,* in diebus ejus fieri. 28) faventi *perperam.* 29) prædicti.

finibus peractum ³⁰⁾ minus caute attenderem, suadentibus quibusdam jam dictam cellam ad idem *) monasterium contuli, vicinam ³¹⁾ vero parochiam vicinis Episcopis interim commendavi. Nunc autem, tam propter suprascripta Ecclesiastica lucra in gentibus demonstrata, quam & propter votum pii Genitoris nostri, ne quid ejus studii ³²⁾ imperfectum remaneat, statuimus una cum consensu Ecclesiastico, præfata ultima in regione Saxonia trans Albiam ³³⁾ in loco nuncupato Hammaburg cum universa Nordalbingorum provincia Ecclesiæ ³⁴⁾ proprii vigoris constituere sedem Archiepiscopalem ³⁵⁾, cui ad ³⁶⁾ primum præesse atque solenniter consecrari per manus Drogonis ³⁷⁾ Metensis, & summæ sanctæque palatinæ dignitatis ANSGARIUM fecimus Archiepiscopum astantibus Archiepiscopis Ebone ³⁸⁾ Remensi, Hetti Trevirensi ³⁹⁾ & Ottgare Moguntiensi ⁴⁰⁾ cum plurimis aliis generali in conventu totius Imperii nostri Præsulibus congregatis: assistentibus quoque specialiter & consentientibus atque consecrantibus Helingando ⁴¹⁾ & ⁴²⁾ Willerico Episcopis, a quibus jam dictæ partes a nobis ⁴³⁾ sibi olim communicatas recepimus. Cui videlicet Ansgario, quia præfatis in Gentibus, hæc nostris in diebus dignissima in vocatione Gentilium vel redemptione captivorum monstrata sunt lucra, tam nostra, quam sanctæ Romanæ Ecclesiæ auctoritate, hanc Deo dignam ⁴⁴⁾ in gentibus commisimus legationem ⁴⁵⁾ ac proprii vigoris adscribere decrevimus dignitatem †). Et ut hæc nova constructio ⁴⁶⁾ periculosis in his locis cœpta subsistere valeat ⁴⁷⁾, (ne prævalente Barbarorum sævitia deperiret) quandam cellam Turholt vocatam huic novæ constructioni, quam suæ Archiepiscopi successorumque suorum in gentibus Legationi perenniter servituram, ad nostram nostræque sobolis perpetuam mercedem, divinæ obtulimus ⁴⁸⁾ Majestati. Homines quoque, qui ejusdem cellæ beneficia habere videntur, ab omni expeditione, vel militia, sive qualibet occupatione liberamus *), ut idem Venerabilis Episcopus ad hanc Deo dignam ⁴⁹⁾ in provisus temporibus Legationem nullum in hoc patiatur impedimentum. Dona vero, quæ ex eadem cella nostris partibus dare solebant, & nobis quoque successoribusque nostris similiter dari volumus. His exceptis, majus minusque in

30) *deest* peractum. *) *al.* Indam. 31) prædictam. 32) *deest vox* studii. 33) Transalbia. 34) Transalbianorum Ecclesia. 35) *deest* Archiepiscopalem. 36) &. 37) Dragonis. 38) Ebbone. 39) Treverensi. 40) Moguntiacensi. 41) Helingando, S. B. 42) sive; *perperam*. 43) & a patre nostro *sed male*. 44) præfatis. 45) *desunt hæc ultima periodi*. 46) nostra constitutio. 47) *desunt parentesi inclusa*. 48) offerimus. *) absolvimus *Ph. Cæs.* 49) peragendam.

†) *In exemplaribus pro genuinis olim habitis, jam autem a Staphorstio, aliisque Criticis, rejectis, sequentia heic interpolantur:* Et quia casus præteritorum cautos nos facit in futurum, ne quisquam Episcoporum sibi trans Albiam, vel alicubi in prædictam parochiam sibi vindicet potestatem, certo limite circumscriptam esse volumus: videlicet ab Albia flumine usque ad mare Oceanum, et sursum per nationes septentrionis, omnes quoque paludes infra sive juxta Albiam positas, cultas et incultas, infra terminos ejusdem parochiæ ponimus: ut Transalbiani se et sua ab incursu paganorum, qui sæpe timendus est, securius in his locis occultare queant.

convocatione Paganorum, vel redemptione captivorum sive ejusdem Sedis supplemento multimodis periculis circumdato ⁵⁰⁾ vel ibidem Deo militantium Solatio, ob amorem Dei ac b. Sixti Confessoris ejus perpetuo delegamus. Res quoque ⁵¹⁾ præfatæ Sedis, & jam dicti monasterii sub plenissima defensione & immunitatis tuitione volumus, ut consistant ac tueantur: ita, ut nullus iudex publicus aut alia quælibet potestate publica prædita persona, de eorum rebus ⁵²⁾ fredum, tributa, mansionaticos vel paratas aut teloneum vel fidei iussores tollere aut homines ipsorum tam litos quam & ingenuos, super terram eorum manentes distringere, nec ullas publicas functiones, aut redibitiones, vel illicitas occasiones requirere vel exigere præsumat. Sed, ut liceat venerabili Archiepiscopo prædicto suisque successoribus, ac omni Clero sub eorundem regimine constituto, quiete in Dei servitio degere ⁵³⁾ & pro nobis proleque nostra atque statu totius imperii nostri ⁵⁴⁾ divinam misericordiam exorare. Et ut hæc auctoritas sui vigoris perpetuam obtineat firmitatem, manu propria subter eam firmavimus, & annuli nostri impressione signare jussimus.

Signum Hlodewici (L. S.) piissimi Imperatoris.

Hirminmarus Notarius ad vicem Theodonis recognovi. Data Idus Maji, Anno Christo propitio XXI imperii Domini HLUDOWICI piissimi Augusti Indictione XII. Actum Aquisgrani in palatio Regio in Dei nomine feliciter. Amen.

3. År 835.

Påfv. GREGORIUS IV:s stadfästelse för ANSGARIUS i dess Ärke-Biskops Embete och uppdrag att omvända Nordiska folkslagen.

GREGORIUS Episcopus, servus servorum Dei, omnium fidelium dignoscen-
tiæ certum esse volumus, qualiter beatæ memoriæ præcellentissimus Rex Karolus tempore prædecessorum nostrorum divino afflatus spiritu, gentem Saxonum sacro cultui subdidit, jugumque Christi, quod suave ac leve est, ad usque terminos Danorum sive Slavorum corda ferocia ferro perdomans docuit, ultimamque regni ipsius partem trans Albiam inter mortifera paganorum pericula constitutam, videlicet ne ad ritum relaberetur gentium, vel etiam, quia lucrandis adhuc gentibus aptissima videbatur, proprio Episcopali vigore fundare decreverat. Sed quia mors effectum prohibuerat, succedente ejus præcellentissimo filio HLUDEWICO Imperatore Aug. pium studium sacri genitoris sui efficaciter implevit. Quæ ratio nobis per venerabiles Ratolfum sive Vernoldum Episcopos, nec non Geroldum comitem vel missum venerabilem relata est confirmanda. Nos igitur omnem ibi Deo dignam statutam provi-

50) circumdata. 51) itaque. 52) freda. 53) gerere. 54) *deest* nostri.